

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

## CLASSIS X.

54

*Relp. An non illi viuunt coram Deo? Coram insipientibus videntur interire, Sap. 3. v. 2. At Deo viuunt Pretiosa mors illorum Psal. 116. v. 15.*

Nec mortuorum Deus, sed viventium. Itaque etiam omnes pie mortui coram eo viuunt. Matth. 22. vers. 32. & Luc. 20. vers. 38. Et notandum quod Abigail dicit *Anima tua custodita erit: quamvis etiam anima hic pro vita intelligatur.*

Periude autem est. Viuunt illi in æternum, licet corpus quiescat.

**A D M O N I T I O** autem hæc addenda: Quia piorum animæ sic colligantur, & iustorum tantum animæ in manu Dei. Sap. 3. vers. 1. & 9. Studendum pietati. Cæteris diebus, Abiliaciam te, et si annulus in digito meo. Jerem. 2. 2. vers. 24.

F I N I S.

## THEM A XI.

2. Sam. 3. v. 31. ad 33.

*De luctu Dauidis super obitu Abneri, & eiusdem funeris deductione, &c. In funere alicuius occisi viri magni tristis astari posset.*

## D I S P O S I T I O.

Solennis & magna funeris deductio hoc loco nobis describitur, ubi non tantum Dux exercitus Iobus cum omni populo, sed ipse etiam Rex Iuda, Dauid, & quidem pedes comitatur funus.

Fuit enim defunctus vir magnæ autoritatis, cognatus Regis Saulis, & haec tenus Israelem aliquantis per sub Iacobetho solus gubernauerat: cuius amicitia Dauidi multum poterat afferre commodi. Is modo decem tribus Israeclis ad Daudem adduxerat. Pendebant enim omnes ex nutu Abneri, 2. Sam.. v. 6. & 17. &c.

*Quia alioquin funera magna absque tædio spectare*

etare solemus, huc adsumus frequentes; cum magis vili-  
tatis, quam curiositatis ratio habenda sit.

1. Videamus funeris deductionem.
2. Luctum Regis atque populi. Et quid singula nos  
moneant.

### I. Pars.

Non dicemus hoc loco, quam perfide Abnerus fuerit  
occisus a Ioabo, inscio & inuito Rege, qui hoc suo tem-  
pore, ut puniatur mandat, 1. Reg. 2. v. 5. Tanto scelus gra-  
uius, quod sub prætextu amicitia id factum. Alebat au-  
tem Ioab occultum odium, propter Asafelem, quem Ab-  
ner licet inuitus in bello occiderat, 2. Sam 2. v. 13.

Sed & hoc accedebat, quod Ioab parem atque emu-  
lum gloriae militaris, ferre non poterat.

De his vide Thema I. Catus V. in Appendice Clast. VII.  
in prima parte Promptuarii Execualis, pag 620.

Abnere autem sic, ut dictum est, occiso, David id indi-  
gnus admodum tulit. Et mala imprecatur Ioabo, qui pce-  
nas dedit, 1. Reg 2. v. 34.

Vraetem David, Rex nouitus, non tantum omnem  
à se suspicione amoliatur, quod sceleris ipse nec author  
nec conscius fuerit, utque publice restetur, quanti hunc  
militię Ducem Abnatum (quantumvis haetenus hostem)  
propter fortitudinem, & in rebus agendis dexteritatem  
fecerit, hoc loco funus indicit.

1. Mandat enim homicidæ non tantum Ioabo, Ducit  
exercitus & commilitoni Abneri, sed & omni populo, ut  
indutis vestibus lugubribus (hoc enim vult dum iubet  
accingi sacris) funus comitentur.

2. Et quod cæteris mandat Rex, ipse etiam facit: & pe-  
des incedit atque funus comitur.

3. Cum que defunctus deportatur ad sepulchrum, rex  
proximus adeat post feretrum.

Sicque honeste sepelitur Abner, tanquam Princeps ali-  
quis & vir magnus. Talem enim ipsum fuisse David af-

firmat infra in hoc capite, vers. 38. licet suis etiam n̄ eius non caruerit.

**Locvs. I.** Honeste sepeliendos defunctos: pr̄sertim bene de Repub. meritos: De hoc s̄epissime dictum, pr̄sertim in Classe I. Promptuarii parte I.

**II.** Funerum nos debere esse comites, & sic nos ipsoſ admonere, quod simus mortales, & propediem sequuntur eos, quos terra mandauimus: &c. ex Eccles. 7. vers. 3. & Syrach. 38. vers. 23. & ostensum est copiosius in hac ipſa parte II. Promptuarii, supra in Dispositione thematis.

#### VIII.

**III.** David Rex ponē sequens fererum, longe aliter se docet affectum, quam sunt multi delicatuli apud nos, (pr̄sertim nobiliores interdum & diiores) qui sic horrēnt mortem, ut obtutum feretri vacui vix ferre, & auditiū Campanæ, qua signum funeris datur, ægre sustinere possint. Imo ne mentionem quidem mortis fieri volunt apud ipſos. Ideoque comites funerum esse nolunt, siue ægros visitare. (contra quam Math. 25. v. 6. requiri-  
tur) aut morituris oculos claudere possunt, ut ipsi quidem sibi persuadent.

Stulti sunt hi, & imprudentes, qui non orant ut sapientiores siant ex Psalm. 90. v. 12.

Ideo plerumque imparatos ipſos inuenit hora mortis. Et tamen sic ipſos mors non reuerebitur ut parcat. Quia vetustissimum pactum illud, mori. Syr. 14. vers. 18. auad decer Christianos, ut sc. semper cogitent de nouissima hora. Syr. 7. vers. 40. Et ideo otandum Psalm. 39. vers. 6. Doce nos.

#### II. PARS.

Vidimus funus factum Abnero. At ſepe pauci sunt inter comites funerum; qui defunctum lugent. Interdum vix liberi parentes, aut coniux coniugem, amicos amici lugent. Sic enim ſe officio probe defunctos putant, ſi funus comitentur ad sepulchrum usque.

At

At hic aliter sit. Daud enim non tanrum funus indicit,

1. Sed & signa luctus dari vult. Vestimenta scindere iubet, quod maximi doloris signum. 2 Sam. 13. v. 31. Esa. 37. vers. 1.

2. Deinde, plangere, inquit, ante exequias Abneri. Traget Lend. Induite vestimenta lugubria.

3. Ast multi tantum luctum ostendunt in vestibus, cor interim saepius ridet; Atqui Daud testatur effusis lachrymis, ad tumulum Abneri, se hunc tanti viri casum ex animo lugere. Princeps n. ait, exinxetus est in Israele, cuius opera mihi regi nouitio, in multis opus fuisset. Vide vers. 38 & 39.

4. Sicque suo exemplo lachrymas exprimit omni populo. Multum enim valet exemplum regis.

Loci. I. Non dicemus hic, quod Principes, Comites, Barones, magistratus ciuitatum, & Nobiles, aliquae magnates, agnoscere debeant, quam vilis & necclaria fuerit ipsis optima bonorum & piorum ministrorum, qui vel in Ecclesia vel Rep. aut coeconomia etiam, fideliter fecerunt officium, &c. Quod hic facit Daud. Et possent illi (si non lachrymas fundere velint propter defunctos) testari suum animum gratum erga posteros, beneficentia, & aliis modis. Sicur Daud erga miserum Mephibosei. Vide 2 Sam. 9. v. 1. & 7. Sed nostri seculi mores corruptiores sunt, quam ut admittant hasce admonitiones. Hęc heist es / wer reit der reit / wer leit der leit.

II. Videmus non satis esse comitari funus, aut defunctos externo lugubri vestita lugere: sed ex animo illos esse deflendos. Syr. 38. v. 16. Non autem lachrymas oculorum, sed cordis hic potissimum requirimus,

Et merito quidem lugens mortuos eos, qui principem locum in Ecclesia aut Rep. tenuerunt. Quia raro succeedunt meliores, sed plerunque deteriores. Non tamen semper.

Si pii & boni fuerunt defuncti, certe ominosa aut lu-

Quoſa plerunque eſt mors illarum. Pars pœnæ, ſi auferantur fortes, doctores &c. Eſa. 3. v 2.

Et triftes plerunque calamitates ſequuntur, ſi illi rebus humanis eximantur, qui ſe oppofuerunt ruinæ, Ezech. 22. v 30. & 13. v. 5. At mundus hæc parum curat, ſive princeps, ſive rufticus moriatur. Sed male. Quia ſæpe propter unum Lothum parcitur toti ciuitati. Gen. 19. v. 22. Et propter decem bonos toti regioni. Gen. 28. v. 32. Propter unum Paulum feruantur in naui 276. homines Actor. 27. v. 24.

## F I N I S.

## T H E M A XXII:

2. Sam. 14. vers. 14.

*Omnis morimur & quæ aquæ dilabimur in terram,  
quæ non reuertuntur.*

## D I S P O S I T I O.

Insignis eſt hæc ſententiola, & inter illa dicta referenda, de quibus Salomon Prover. 25. v. 10. Sermo opportunus tanquam pomum aureum in patere argentea. Et Prover. 15. v. 21. Sermo oportanus admodum incundus eſt. Quamvis enim verba hæc ſint mulieris, tamen hanc laudem illa meretur, quod fuerit sapiens.

De corde autem ſapienti Salomon Proverb. 16. v. 23, refert quod loquatur prudenter, & doceat optimè. Ideoque non eſt dubium, quin hæc verba mulieris Theococitidis, quæ pro mitigando animo Daudis, ut filio Absoloni post commiſſum fratricidium reconcilietur, in medium artulit) multa poſſant docere.

Iraque occaſione praesentis funeris hanc ſententiolam explicabimus.

Primum rationem comparationis audiemus. Deinde vſum huius ſimilitudinis ostendemus.

## I. Pays.

I. Aqua & terra fuerunt coniuncta, cum Deus creas-

ſet